J. Overbergius

Apophthegmatum ethic. et polit.
ex Taciti operibus eclog.

Fran kerae. 1593

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°



Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

48,-200.

M
ex b. L.
113

LN 1565
M

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Generoso et magnifico Dno. D.D.
Arnoldo Huitfeld. Reg. D. Can-
cellario. Dno et Patrono,
testandæ observantiæ
offert.

Isaac Gronbeccius.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

APOPHTHEGMATVM ETHICORVM POLITICORVMQVE

ex C. CORNELII TACITI operibus, quæ exſtant, ecloge.

Iſahaco Gronbeccio legente.

Cum locorum communiũ indice,

APVD AEGIDIVM RADAEVM
ORDINVM FRISIÆ TYPOGRAPHVM
in Academia Franekerana.

CIƆ. IƆ. XCIII.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Εἰς τὴν ἐκλογὴν γνωμῶν τῶν τοῦ TAKETOY
ΙΣΑΑΚΩ ΓΡΩΝΒΕΚΚΙΩ τῷ φιλοφιλτάτῳ.

Ὄμματα λαμπρὰ λόγου, καὶ γλῶσσαι οἱ νόες εἰσι,
Τοῖς ὁ λαλεῖ, καὶ ὁρῇ πάντα τὰ ὠφέλιμα.
Τοὺς νῦν ΓΡΩΝΒΕΚΙΟΣ ἐξείλετω ΚΙΜΒΡΙΚΟΝ
Ἐκ TAKETOY, νοεραὶ εἰσιν οὗ ἱςορίαι. (ἴςνος
Μὴ οὖν ὀφθαλμῶν τὸν ἄμερσε, πέδησέ τε γλῶσσαν;
Ἀλλὰ φαεινοτέρην πᾶσιν ἔθηκεν ὄπα.

Γοδέφρηδος Σοπίγγιος.

PRVDENTISS. ET CONSVLTISS. VIRIS, DN. CONSVLIBVS SENATORIBVS, ÆRARIIQVE REGII QVÆSTORIBVS ET SCRIBIS IN REP. HELSINGORENSI.

Iſahac Gronbeccius S.

SI gratus fuit, gratus qui videri voluit: haut dubiè, prudentiſsimi viri, magnam gratitudinis meæ partem, vobis ſolutum iri ſpes eſſet. Quas enim mitto Pagellas, animi beneficiorum memoris, ſtudiiq́ue erga vos mei obruſsam eſſe volo. Eas ſi numero ac pondere metimini; vix annuetis: nec minus fru-

ſtrà ego qui mittam. Sin adfectu & cultu, reiq́; quam includunt bonitate: voto meo ſatis abundè factum gaudebo. Nec dubiũ mihi fuerit: quin quo in me fratremq́ue meum plures nunc annos animo fuiſtis: eodem etiam, id eſt, propenſo & beniuolo, apophthegmata hæc noſtra, maximam partem politica, vobis viris politicis, & manum in clauo reip. tenentibus donata, accipiatis, legatis, ametis. Quòd noſtra dixerim, ne vos offendat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

dat. Taciti ſunt reapſe, aut ab illo: ſed olìm à me in Germaniá inter legẽdum exſcripta, ac priuato vſui ſeruata. Politicus non ſum: nec talis vt euadam animus, aut votum. nihilo tamen minus, vmbratile hoc ſtudium quod ſectamur: ſacrum alioquìn & ſatis ſeuerum, eo nonnunquã gaudet ſubleuari ocio, quo veſtrum conſtare negotium palàm eſt. Hiſtoriæ nos recreat lectio: non cuiuſvis; ſed ſi quæ vitæ conferat, tùm priuatìm,

tùm

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

*tùm publicè formandæ. cuiuſ-
modi è ſexcentis Taciti, vel
ſola eſt. quem, apophthegma-
tum horum editione, adole-
ſcentibus ad rempub. propedi-
èm acceſſuris, delibandum,
mox penitùs imbibendum, &
in ſanguinem ſuccúmq; ver-
tendum ſub veſtro nomine
propinamus. Benè valete: &
ſtudium noſtrum boni con-
ſulite. Franekerâ Friſiæ
occidentalis, menſe
Martio An-
no 93.*

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Ex I. LIB. ANNAL.

QVANTO quis ſeruitio promptior: tantò opibus & honoribus magè extollitur.

Nouis ex rebus aucti, tuta & præſentia, quam vetera & periculoſa malunt.

Suſpectum Senatus populiq; imperium, ob certamina potentium, & auaritiam magiſtratuum.

Inualidum legum auxilium, quando vi, ambitu, ac pecuniâ turbantur.

Ea conditio eſt imperij tyrannici: vt non aliter ratio conſtet, quam ſi vni reddatur.

Non aliud diſcordantis patriæ remedium eſt: quàm vt ab vno regatur.

Priuata odia publicis vtilitatibus remittere fas eſt. ,,

Experiendo diſcitur, quàm arduum, quàm ſubiectum fortunæ regendi cuncta onus. ,,

In ciuitate illuſtribus viris ſubnixa, plures faciliùs munia reipub. ſociatis laboribus exſequuntur.

Nequaquam decorum, legere aliquid aut euitare ex eo, cui in vniuerſum excuſari malis.

Vnum eſt reipub. corpus, atque vnius animo regendum.

Principe ſolita munia intermittente, laſciuire miles, diſcordare, peßimi cuiuſque ſermonibus præ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

bere aures, denique luxum & otium cupere, diſciplinam & laborem adſpernari ſolet.

Senatum neque gratiæ, neque ſeueritatis expertem haberi par eſt.

Nouum id planè, quod imperator ſola militis commoda ad ſenatum reijciat. idem ergo ſenatus conſulendus, quoties ſupplicia aut prælia indicantur.

Mobiles ſunt ad ſuperſtitionem perculſæ ſemel mentes.

Tarda ſunt quæ in commune expoſtulantur: priuatam gratiam ſtatim merere, ſtatim recipies.

Non fruſtra aduerſus impios hebeſcunt ſidera, ruunt tempeſtates.

Maieſtati maior è longinquo reuerentia.

In pace cauſa & merita ſpectantur; vbi bellum ingruat, innocentes ac noxii iuxta cadunt.

Inter temulentos omnia incuria diſiecta: nec belli timor: ac ne pax quidem niſi languida & ſoluta.

Populus per multos annos molliter habitus, haut facilè ad duriora vertitur.

Quæ apud concordes vincula caritatis, incitamenta irarum apud infenſos eſſe ſolent.

Barbaris, quantò quis audaciâ promptus, tantò magis fidus, rebusq́ue motis potior habetur.

Pro-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Proditores, etiam iis quos anteponunt, inuiſi ſunt.

Vetera nouis, & quieta turbidis antehabenda.

Vt quibusq; bellum inuitis aut cupientibus eſt, ſpe vel dolore accipitur.

Non proditione, neque aduerſus fœminas grauidas: ſed palam aduerſus armatos bellum tractandum.

Vt rebus quiſque ſecundis auidus, ita aduerſis incautus eſt.

Cuncta mortalium incerta: quantoque plus ›› quis adeptus eſt, tantò ſe magis in lubrico dictat.

Callidi ingenij eſt, & iudicij anxij, nec eminentes virtutes ſectari, & vitia odiſſe: ex optimis quoque periculum ſibi, à peſsimis dedecus publicum metuere.

EX LIBRO II. ANNAL.

Barbari, lætantes ad noua imperia.

Non campi modò militi ad prælium boni: ſed ſi ratio adſit, ſiluæ & ſaltus.

Aut tenenda libertas, aut moriendum ante ſeruitium.

Militi, ſpes in virtute, ſalus ex victoria.

Pauidus, & caſuum maris ignarus, dum turbat nautas, vel intempeſtiuè iuuat, offi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

cia prudentium corrumpit.

„ *Plura conſilio, quàm vi perficiuntur.*

Auctu imperii adoleſcunt priuatæ opes: idq; non nouum ſed è vetuſtiſsimis moribus.

In familiâ & argento, quæque ad vſum parantur, nihil nimium aut modicum, niſi ex fortunâ poſsidentis.

Diſtincti ſenatus & equitum cenſus: non quia diuerſi natura, ſed vt locis, ordinibus, dignationibus antiſtent, aliisq; quæ ad requiem animi aut ſalubritatem corporis parentur. niſi fortè clariſsimo cuique plures curæ, maiora pericula ſubeunda, delinimentis curarum & periculorum carendum ſit.

Ærarium ſi ambitione exhauriatur: per ſcelera vix abeſt quin ſupplendum ſit.

Langueſcet induſtria, intendetur ſecordia, ſi nulli ex ſe metus aut ſpes, & ſecuri omnes aliena ſubſidia exſpectabunt, ſibi ignaui, aliis graues.

„ *Omnia principum honeſta atque inhoneſta laudare, mos omnium eſt deterrimus.*

Veritas, viſu & morâ: falſa, feſtinatione & incertis valeſcunt.

Regibus æqua, nedum infima inſolita.

Fratres egregiè concordes, proximorum certaminibus inconcuſsi.

Vecordes, & rerum neſcij, alienam in ſe gloriam

riam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

riam trahere ſoliti.

Honeſta innocentium paupertas leuanda: non prodigorum & ob flagitia egentium.

Miles meticuloſus ſpe victoriæ inducitur, vt vincatur.

Boni etiam milites, ſæpè ad mala obſequia promti.

Conſeneſcunt ſæpè magni viri, multùm imminutâ claritate, ob nimiam viuendi cupidinem.

Pacem ſapientia firmat.

Nec principem decet, neque ſenatum niſi cognitâ causâ, ius & iniuriam diſcernere.

Multi inter metum & iram contati, maluerunt patrati, quàm incepti facinoris rei eſſe.

Non hoc præcipuum amicorum munus eſt, proſequi defunctum ignauo quæſtu: ſed quæ voluerit meminiſſe, quæ mandauerit exſequi.

Funus boni principis, non tàm cum imaginibus & pompâ, quàm per laudes, & memoriam virtutum eius celebrandum.

Relinquendum vanis rumoribus tempus, quo ſeneſcant.

Multa quæ prouideri non poſſunt, fortuitò in melius cadunt.

Falſa, tempore ac ſpatio vaneſcunt.

Eloquentia fortunâ non diſcernitur.

Diſſidio domus imminuitur.

Non

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Non fraude, neque occultis, ſed palàm atque armis hoſtes vlciſci oportet.

Ex III lib. Annal.

Non eadem decora principibus viris, & imperatori, populóque.

Pauidis conſilia omnia in incerto ſunt.

Vera aut in deterius credita, judice ab vno facilius diſcernuntur: odium & inuidia apud multos valent.

Accuſatorum nimiis ſtudiis jure ſuccenſemus.

Nec reus prohibendus quo minus cuncta proferat, quibus innocentia eius ſubleuari, aut aduerſæ partis iniquitas coargui poßit.

Nobis, quantò plura recentium ſeu veterum reuoluimus: tantò magis ludibria rerum mortalium cunctis in negotiis obuerſantur.

Sæpè maxima quæque ambigua ſunt: dùm alij quoquo modo audita pro compertis habent, alij vera in contrarium vertunt.

Vetuſtißimi mortalium, nullâ adhuc malâ libidine, ſine probro, ſcelere, eoq; ſine pœnâ aut coërcitionibus agebant. neque præmiis opus erat, cùm honeſta ſuopte ingenio peterentur, & vbi nihil contra morem cuperent, nihil per metum vetabantur. At poſtquam exſui æqualitas & pro modeſtiâ ac pudore,

ambitio

ambitio & vis incedebat; preuenêre dominationes: multoſque apud populos, æternum manſere &c.

Vbi nec mos, nec ius viget, deterrima quæque impunè fiunt, ac multa honeſta exitio.

Fato potentiæ rarò ſempiternæ; an ſatias capiat, aut illos (qui parent,) cùm omnia tribuerunt, aut hos (qui imperant,) cùm iam nihil reliquum eſt quod cupiant.

Sæpè parua res magnum ad certamen progreditur.

Iuuentutis irreuerentia, exemplo maiorum grauibus decretis notanda.

Haut fruſtra placitum olìm, ne fœminæ in ſocios aut gentes externas traherentur. inſunt enim mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & agmen militare ad ſimilitudinem barbari inceſſus conuertant. non imbecillis tantùm, & impar laboribus ſexus eſt, ſed ſi licentia adſit, ſæuus, ambitioſus, poteſtatis auidus.

Bella accinctis obeunda: ſed reuertentibus poſt laborem quod honeſtius quàm vxorium leuamentũ?

Maieſtatis crimen, omnium accuſationum complementum.

Neq; acies aut præliũ dici debet in quo ſemermes ac palantes trucidantur, abſque hoſtium ſanguine.

Ob egeſtatem, ac metum ex flagitiis, maxima ſæpè

ma ſæpè peccandi neceſsitudo.

Imbellis plebes, nihil validum in exercitibus, niſi quod externum cogitat.

Multi odio præſentium, & cupidine mutationis, ſuis quoque periculis lætantur.

Miſera pax, vel bello benè mutatur.

Decora victoribus libertas: ſed intolerantior ſeruitus, iterum victis.

Quantò quis pecuniâ diues, & voluptatibus opulentus; tantò magis imbellis.

Haut decorum principibus, ſi vna alteráve ciuitas turbet, omittere vrbem, vnde in omnia regimen.

Studia, quæ plena vecordiæ, ipſa inania & fluxa eſſe ſolent.

Nec quicquam graue ac ſerium ex eo metues, qui ſuorum ipſe flagitiorum proditor, non virorum animis, ſed muliercularũ adrepit.

Ne corporis quidem morbos veteres, & diu auctos, niſi per dura & aſpera coërcueris. corruptus ſimul & corruptor, æger & flagrans animus, haut leuioribus remediis reſtinguendus eſt, quàm libidinibus ardeſcit.

Leges obliuione, vel (quod flagitioſius eſt) contemtu abolitæ, ſecuriorem luxum faciunt.

Si velis quod nondum vetitum eſt; timeas, ne vetêre: at ſi prohibita impunè tranſcenderis; neque me-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

tus vltrà, neque pudor eſt.

Externis victoriis aliena, ciuilibus, etiam noſtra conſumere didicimus.

Principes, pudor; pauperes, neceßitas; diuites, ſatias in melius mutare debet.

Vt quiſque opibus, domo, paratu ſpecioſus, per nomen & clientelas illuſtrior habetur.

Obſequium in principem & æmulandi amor, validior quam pœna ex legibus & metus.

Rebus cunctis ineſt quidam velut orbis: vt quemadmodum temporum vices ita mores vertantur. „

Non omnia apud priores meliora; ſed noſtra quoque ætas multa laudis & artium imitanda poſteris tulit. „

Nullum vnquam ſatis validum imperium erat coërcendis ſeditionibus populi, flagitia hominum, vt ceremonias Deûm protegentis.

Præcipuum munus annalium reor, ne virtutes ſileantur: vt prauis dictis factiſque ex poſteritate & infamiâ metus ſit.

Multos, etiam bonos peſſum dedit, quòd ſpretis tardâ cum ſecuritate, prematura vel cum exitio properarent.

A legibus delicta puniuntur.

Non ex rumore ſemper ſtatuendum.

Alij exci-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Alij excitantur ad meliora, magnitudine rerum; hebeſcunt alij.

Nec poteſt princeps ſua ſcientiâ cuncta complecti: neque expedit, vt ambitione alienâ trahatur.

Ideo leges in facta conſtituuntur: quia futura in incerto ſunt.

A maioribus inſtitutum, vt ſi antiſtent delicta, pœnæ ſequerentur.

Non vertēda ſapienter reperta, & ſemper placita.

Minuuntur iura, quoties gliſcit poteſtas: nec vtendum imperio, vbi legibus agi poteſt.

Quantò rarior apud principem popularitas: tantò lætioribus animis accipitur.

Ex IIII. LIB. ANNAL.

Induſtria & vigilantia haut minus, quàm largitio & luxus noxiæ, quoties parando regno finguntur.

Fœmina amiſsâ pudicitiâ: vix alia abnuerit.

Arduum eſt eôdem loci potentiam & concordiam eſſe.

Plerumq; inopes ac vagi ſponte militiam ſumunt.

Ne prouinciæ nouis oneribus turbentur: vtq; vetera ſine auaritiâ aut crudelitate magiſtratuum tolerentur, prouidendum principi.

Quæ vulgò iactantur, neque vllo auctore

certo

certo firmantur, promptè refutauerimus.

Atrocior ſemper fama erga dominantium exitus.

Adulatio, moribus corruptis perindè anceps, ſi nulla, & vbi nimia eſt.

Mobiles adoleſcentium animi, præmaturis honoribus ad ſuperbiam non extollendi.

Non aliud gliſcentis diſcordiæ ciuilis remedium: quàm ſi vnus altérve maximè promti ſubuertantur.

Beneficia eò uſque læta ſunt, dum videntur exſolui poſſe: vbi multum anteuênere, pro gratiâ odium redditur. ”

Delatores, genus hominum, publico exitio repertum: & pœnis nunquam ſatis coërcitum.

Non occultum eſt, quando ex veritate, quando adumbratâ lætitiâ facta imperatorum celebrentur.

Non ſine vſu fuerit, introſpicere quæ primo adſpectu leuia, ex quis magnarum ſæpè rerum monitus oriuntur.

Cunctas nationes & vrbes populus, aut primores, aut ſinguli regunt. dilecta ex his & conſtituta Reipub. forma laudari facilius, quàm euenire; vel ſi euenit haut diuturna eſſe poteſt.

Pauci prudentiâ honeſta à deterioribus vtilia ab noxiis diſcernunt: plures aliorum euentis docentur.

Reperies qui ob ſimilitudinem morum alienа malefacta ſibi obiectari putent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

" Ficta crimina ſpreta exſoleſcunt: ſi iraſcare, adgnita videntur.

Suum cuique decus poſteritas rependet.

" *Secordiam eorum inridere libet, qui præſenti potentia, credunt exſtingui poſſe etiam ſequentis æui memoriam. Nam contra, punitis ingeniis, gliſcit auctoritas. neque aliud externi reges, aut qui eâdem ſæuitiâ vſi ſunt, niſi dedecus ſibi, atque illis gloriam peperêre.*

Optumi quippè mortalium altiſsima cupiũt.

" *Cætera principibus ſtatim adſunt: vnum inſatiabiliter parandum, proſpera ſui memoria. nam contemtu fama, contemnuntur virtutes.*

" *Ceteris mortalibus in eo ſtant conſilia, quid ſibi conducere putent: Principum diuerſa eſt ſors, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda.*

Gloriam meretur benè tolerata paupertas, dein magnæ opes innocentèr partæ & modeſtè habitæ.

Non in effigies mutas diuinus ſpiritus trãſfunditur.

Mos vulgo, fortuita ad culpam trahere.

Molles in calamitate mortalium animi.

Mæſta, vbi ſemel prorupêre, difficilius reticentur.

EX V. LIB ANNAL.

Sæpè breuibus momentis ſumma verti poſſunt.

Miſerius ſit ob amicitiam accuſari, an amicum accuſare, haut diſcerni poteſt.

Defunctos criminibus & probris inſectari, turpe.

EX VI. LIB. ANNAL.

Qui ignobilitatem ſuam magnis nominibus inſerit, per deridiculum auditur.

Rudes animi, nomine honoris, ad corrumpendum militiæ mores propelluntur.

Ne principi quidē vita tanti, ſi armis tegenda eſt.

Nec verba prauè detorta, nec conuiualium fabularum ſimplicitas, in crimen ducenda.

Non fruſtra præſtantiſſimus ſapientiæ adfirmare ſolitus eſt: ſi recludantur tyrannorum mentes, poſſe adſpici laniatus & ictus; quando vt corpora verberibus, ita ſæuitiâ, libidine, malis conſultis animus dilaceretur. quippè non fortuna, non ſolitudines protegunt: quin tormenta pectoris ſuáſque ipſe pœnas fateatur.

Nihil exitiabile magis; quàm cùm primores ſenatus infimas etiam delationes exercent, vel propalàm, vel per occultum.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Non eſt ſubditorum æſtimare, quem ſupra ceteros, & quibus de cauſsis princeps extollat. Principi ſummum rerum iudicium dij dedêre; ſubditis obſequij gloria relicta eſt. Abditos principis ſenſus, & ſi quod occultius parat, exquirere inlicitum, anceps: nec ideo adſequare.

Vetus fænebre malum, & ſeditionum diſcordiarumq́; creberrima cauſſa: eóque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus.

Plærumque accidit, vt quorum acria initia, incurioſus ſit finis.

Certum eſt, neque mala vel bona omnia quæ vulgus putet: multos qui conflictari aduerſis videntur, beatos, ac plæroſque, quamquam magnas per opes miſerrimos: ſi illi grauem fortunam conſtanter tolerent, hi proſperâ inconſultè vtantur.

Vt odium & gratia deſiêre, ius valuit.

Barbaris contatio, ſeruilis: ſtatim exſequi, regium videtur.

Bona iuuentę, ſenectus flagitioſa oblitterat.

Suis ſedibus extores quîs neque boni intellectus, neque mali cura, ſed mercede aluntur, miniſtri ſunt ſceleribus.

Vbi ciues diſſensêre, dum ſibi quiſque contra æmulos ſubſidium vocant, accitus in partem, aduer-

ſum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

ſum omnes valeſcit.

Populi imperium, iuxta libertatem; paucorum dominatio, regiæ libidini propior eſt.

Non eadem omnibus decora.

Pœnitendum inter ludibria & pericula, anxiam ſenectam tolerare.

Adſentationibus atque luxu iuuenes ad ea perpelluntur, quorum effugium non niſi morte inuenient.

In ſcelera ſimul ac dedecora principem prorumpere facile: cùm remoto pudore & metu, ſuo tantum ingenio vtatur.

EX XI. LIB. ANNAL.

Cuncta legum & magiſtratuum munia in ſe trahens Princeps materiam prædandi patefacit.

Lege Cinciâ cautum fuit antiquitùs, ne quis ob cauſſam orandam pecuniam donumvé acciperet.

Fama in poſteros, veterum Oratorum exemplo, præmium eloquentiæ pulcherrimum: alioquin & bonarum artium princeps ſordidis miniſteriis fœdatur: nec fides integra manet, vbi magnitudo quæſtuum ſpectatur.

Quomodo vis morborum pretia medentibus, ſic fori tabes pecuniam fert aduocatis.

Sublatis ſtudiorum pretiis, etiam ſtudia pereunt, „

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

vt minus decora.

Summâ imperij ambiguâ, minora ſine curâ habentur.

Principi non minus amor apud populares, quàm metus apud hoſtes quærendus eſt.

Amor furori proximus.

Publicâ circa bonas artes ſecordiâ, & quia externæ ſuperſtitiones valeſcunt, ſegniùs retinetur ſcientia & in familias propagatur.

Falsò libertatis vocabulum obtenditur ab iis, qui priuatim degeneres, in publicum exitioſi, nihil ſpei niſi per diſcordias habent.

Apud maiores virtutis id præmium fuerat, cunctiſq; ciuium, ſi bonis artibus fiderent, licitum petere magiſtratus: ac ne ætas quidem diſtinguebatur, quin primâ iuuentâ conſulatum ac dictaturas inirent.

Victi, pro alienigenis non arcendi.

Omnia quæ nunc vetuſtiſsima creduntur, noua fuêre. Ita quod hodiè exemplis tuemur, inueteraſcet hoc quoq; atq; inter exempla erit.

Famoſi probris, ſenatu expellendi.

Noua in rempub. merita non vſitatis vocabulis honoranda.

Inſontibus, innoxia conſilia. flagitiis manifeſtis, ſubſidium ab audaciâ petitur.

Adul-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Adulteræ nomen matrimonij concupiſcũt, ob magnitudinem infamiæ, cuius apud prodigos nouiſsima voluptas eſt.

Potentia, cautis quàm acrioribus conſiliis tutius habetur. ”

Securitati antequam vindictæ conſulendum.

Sæpè conſilia adimunt res aduerſæ.

Animo per libidines corrupto, nihil honeſti ineſt.

Ex XII lib. Annal.

Nihil arduum videtur in animo principis, cui non iudicium, non odium eſt, niſi indita & iuſſa.

Grauiſsimi principis labores egent adminiculis: vt domeſticâ curâ vacuus, in commune conſulat.

Maritando principi, diligi oportet fœminam nobilitate, puerperiis, ſanctimoniâ inſignem.

Militares artes per otium ignotæ, induſtrioſq; & ignauos pax in æquo tenet. Itaque quantum ſine bello datur, mos priſcus reuocandus eſt, exercendæ legiones, curâ, prouiſu, agendum perindè ac ſi hoſtis ingrueret.

Barbarorum impetus acres, contatione langueſcunt, aut in perfidiam mutantur.

Exſuli inopi, quantò longior vita, tantò plus ſupplicij.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Ita maioribus placitum: quantâ peruicaciâ in hoſtem, tantâ benificentiâ aduerſus ſupplices vtendum. Nam triumphi de populis regniſque integris adquiruntur.

Ex primis euentibus, metus aut fiducia gignitur.

Noua non molienda, niſi prioribus firmatis.

Cuncta virtute expugnabilia.

Nihil tàm ignarum barbaris, quàm machinamenta & aſtus oppugnationum.

Mos eſt regibus, quoties in ſocietatem coëant, implicare dextras, polliceſq; inter ſe vincire, nodoq; præſtringere. Mox vbi ſanguis ſe in artus extremos effuderit, leui ictu cruorem eliciunt, atque inuicem lambunt. Id fœdus arcanum habetur, quaſi mutuo cruore ſacratum.

Plura moderatione quàm vi componuntur.

Libertas populis adimenda aut firmanda, prout bellis externis merēt, aut domi ſeditione delinquunt.

Par vis rerum a procuratoribus principis iudicatarum haberi ſolet, ac ſi princeps ipſe ſtatuiſſet.

Crebris prodigiis mutationem rerum in deterius portendi creditum eſt.

Summa ſcelera inchoantur cum periculo peraguntur cum præmio.

EX LIB XIII. ANNAL.

Pleraque in ſummâ fortunâ, auſpicus & conſilüs, quàm telis & manibus geruntur.

Fama, in nouis cœptis validiſsima eſt.

Iuuenilis animus leuium rerum gloriâ ſublatus maiores continuat.

Princeps ſceleris ſibi conſcius, & veniam ſperans largitionibus validiſsimum quemque obſtringere neceſſe habet.

Nihil rerum mortalium tàm inſtabile ac fluxum eſt, quam fama potentiæ non ſuâ vi nixæ. „

Non mirum eſt eam quæ nunquam edidit partum, matrum adfectus ignotos habere.

Non perindè à parentibus liberi; quàm ab impudicâ adulteri mutantur.

Haut creditur ſufficere ad conſtantiam ſumendæ mortis, ob libidines muliebriter infamis.

Belli dux in agmine, in laboribus militi frequens aderit: laudem ſtrenuis, ſolatium inualidis, exemplum omnibus oſtendet.

Simul ſtudiis inertibus & iuuenum imperitiæ ſueti, inuident facilè iis, qui viuidam & incorruptam eloquentiam tuendis ciuibus exercent.

Puniendi rerum atrocium miniſtri, vbi pretia ſcelerum adepti, ſcelera ipſa aliis delegent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Manifeſtum eſt magnarum rerum curam non diſsimulaturos, qui animum etiam leuiſsimis aduertant.

Facilè diſſoluitur imperium, ſi fructus quibus Reſpub. ſuſtinetur, deminuantur.

Sicut cœlum Diis, ita terræ generi mortalium datæ: vt quæ vacuæ, eæ quoque publicæ ſint.

" *Deeſſe nobis terra in quâ viuamus, poteſt; in quâ moriamur, non poteſt.*

Ex xiiii. lib. Annal.

Princeps qui iuſsis alienis obnoxius, non modò imperij, ſed libertatis etiam indiget, vix à pupillo differt.

" *Sæpè inſidiarum ſolum eſt remedium, ſi non intelligantur.*

Perfecto ſcelere, magnitudo eius intelligitur.

Non vt hominum vultus, ita locorum facies mutantur.

Vulgus cupiens eſt voluptatum: & ſi eò princeps trahat, lætum.

Etiam eius flagitium eſt, qui pecuniam ob delicta potius dedit quàm ne delinquatur.

Merces ab eo qui iubere poteſt, vim neceſsitatis adfert.

Vix artibus honeſtis pudor retinetur; nedum inter certa-

ter certamina vitiorum, pudicitia, aut modeſtia, aut quidquam probi moris reſeruatur.

Oratorum ac vatum victoriæ, incitamentum ingeniis adferunt: nec cuiquam iudici graue aures ſtudiis honeſtis, & voluptatibus conceſsis impartire.

Nimia luxus cupido, principi infamiam & periculum adfert.

Penuria aquæ, feruida æſtas, longinqua itinera, ſolâ ducis patientia mitigantur, eodem plura quam gregario milite tolerante.

Rumor populi neminem ſine æmulo ſinit.

Bonum publicum ſæpe priuatis ſimultatibus im- „
peditur.

Suſpecta maioribus noſtris fuere ingenia ſeruorum, etiam cùm in agris aut domibus iiſdem naſcerentur, caritatemq́; dominorum ſtatim acciperent. Poſtquam verò nationes in familiis habemus, quibus diuerſi ritus, externa ſacra aut nulla ſunt, colluuiem iſtam non niſi metu coërcueris.

Habet aliquid ex iniquo omne magnum exem- „
plum, quod contra ſingulos vtilitate publicâ rependitur.

Non quidquid nocens reus pati meretur, id egregio ſub principe, & nullâ neceſsitate obſtricto ſenatu, ſtatuendum.

Pœnæ legibus conſtitutæ ſunt: quibus ſine indi-

cum ſæui-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

cum ſæuitiâ & temporum infamiâ, ſupplicia decernuntur.

Quò longius reus ſontem vitam traxerit: eo priuatim miſerior, & publicæ clementiæ maximum exemplum futurus eſt.

Pauida ingenia & adulatione promtiſsima, optimum quemque iurgio laceſſere, & reſpondenti reticere ſolent.

Graueſcentibus indies publicis malis, ſubſidia reip. minuuntur.

Bonis artibus virium perparum eſt, duce ſtudiorum principis amoto: & principe ad deteriores inclinante.

Quomodo in militiâ aut viâ feſſus adminiculum orat: ita in hoc itinere vitæ, ſenibus leuiſsimis quoque curis imparibus, cùm onera publica vltra ſuſtinere non poſsint, præſidium petendum.

Si ſupereſt principi robur, & multos per annos nixum faſtigij regimen, poſſunt ſeniores amici quiete reſpondere.

In gloriam principis hoc quoq; cedet, eos ad ſumma vexiſſe, qui & modica tolerarent.

Quod meditatæ orationi princeps occurrat, id primum muneris magiſtri habendum: qui non tantùm præuiſa, ſed ſubita expedire docuit.

Ratione, conſilio, præceptis principis pueritiã, tùm etiam

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

etiam iuuentam foueat magiſter. Et hæc quidem erga principem munera, dum vita ſuppetet, æterna erunt. quæ vero à principe magiſter habet, horti, fenus, & villæ, caſibus obnoxia ſunt.

Si quâ in parte lubricum adoleſcentiæ principis declinat, reuocabit magiſter: inornatumq́ue robur ſubſidio impenſius reget.

Haut ſapienti viro decorum, vnde amico infamiam parat inde gloriam ſibi recipere. ”

Finis omnium cum dominante, grates agere.

Vulgo, minor ſapientia; & ex mediocritate fortunæ, pauciora pericula ſunt.

EX LIB. XV. ANNAL.

Magna imperia non continentur ignauiâ: virorum armorumq́ faciendum certamen. ”

Id in ſummâ fortunâ æquius, quod validius.

Pacem nunquam proſperè laceſſitam, in exitium ſuum turbatores abrumpunt.

Æquitate quàm ſanguine, cauſsâ quàm armis retinere parta maioribus decet.

Quod contatione delinquitur, virtute corrigendum eſt.

Fama modeſtiæ neque ſummis mortalium ſpernenda eſt, & à diis æſtimatur.

Belli ducem compoſitius cuncta quàm feſtinantius agere

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

tius agere oportet.

Secundis rebus, fortunæ moderandum.

Non ſunt deſerenda per otium, quæ bello defenſa ſunt.

Haut rarò accidit, vt Dux à viris militaribus aduerſus vrgentes caſus firmatus, rurſus, ne alienæ ſententiæ indigus videatur, in diuerſa ac deteriora tranſeat.

Miles non diſperſus, ſed in vnum habitus, vagum hoſtem promtiùs ſuſtentat.

Gliſcentibus periculis, etiam ſubſidij laus augetur.

Decedente certamine virtutis, ambitio gloriæ felicium hominum affectus fit.

Prævalidi prouincialium, tùm cæteris criminibus, tùm opibus nimiis ad iniurias minorum elati eſſe ſolent.

Vſu probatum eſt leges egregias, exempla honeſta, apud bonos ex delictis aliorum gigni. Nam culpa quàm pœna tempore prior: emendari quam peccare poſterius eſt.

Olim quidem non modò prætor aut conſul, ſed priuati etiam mittebantur, qui prouincias viſerent, & quid de cuiuſq; obſequio videretur, referrent. trepidabantq; gentes de æſtimatione ſingulorum. At nunc colimus externos, & adulamur, & quomodo ad nutum alicuius grates, ita promptiùs accuſatio decernitur.

decernitur.

Laus falſa & precibus expreſſa, perindè cohibeantur, quàm malitia, quàm crudelitas.

Plura ſæpè peccantur, dũ demeremur, quàm dum offendimus.

Quædam etiam virtutes odio ſunt, ſeueritas obſtinata, inuictus aduerſum gratiam animus.

Per multos annos militum atq; hoſtium gnarus, gerendo bello præficiatur: ne cuius alterius inſcitiâ peccetur.

Auctoritas, viro militari pro facundiâ.

Fœdiſsima aularum oſtenta, qui primo per facetias ſcurriles in contumelias aſſumti, mox optimi cuiuſque criminatione eò vſque valent, vt gratiâ pecuniâ, vi nocendi malis etiam præmineant.

Tyrannus, facinorum recordatione, nunquam timore vacuus.

Ciues aduerſum fortuita adſpectu principis refoueri, ſueti.

Tyrannus, procul an coràm atrocior habeatur, in incerto eſt.

Ea natura magnis timoribus, deterius credere, quod euenit.

Tyrannus, per licita atque illicita fœdatus, nihil flagitij relinquit, quo corruptior agat.

Quibus ingenium & audacia eſt, etiam quæ na-

turæ

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

tura denegauit, per artem tentant, vt viribus principum illudant.

Doctrinâ ore tenus exercitus, animum bonis artibus vix imbuit.

Populus, rerum nouarum cupiens pauiduſq;.

Qui multas inſigneſq; familias paternâ nobilitate complectitur, claro apud vulgum rumore eſſe ſolet, per virtutem, aut ſpecies virtutibus ſimiles.

Pleriq; in ſummâ vitiorum dulcedine. ſummum imperium, non reſtrictum, nec perſeuerum volunt.

Mens luxu diſſoluitur, perinde vt vita ſomno langueſcit.

Impunitatis cupido, magnis ſemper conatibus aduerſa.

Cùm ſecum ſeruilis animus præmia perfidiæ reputat, ſimúlque immenſa pecunia & potentia obuerſantur, cedit fas, & ſalus patroni, & acceptæ libertatis memoria.

Magna motæ rei fama, plurimum in nouis conſiliis valet.

Etiam fortes viri ſubitis terrentur.

„ Multa experiendo fiunt, quæ ſegnibus ardua videntur.

„ *Fruſtra ſilentium & fides, in multorum conſciorum animis & corporibus ſperantur.*

Cruciatu aut præmio, cuncta præuia ſunt.

Vetus miles magis timetur, tanquàm fauore imbutus.

Amicitia familiari congreſſu exercenda.

In contemplatione vitæ per virtutem actæ, deſiderium demortui amici ſolatiis honeſtis tolerandum.

Vulgus, ad deteriora promtum.

Tyrannus, vt faciendis ſceleribus promtus, ita audiendi quæ facit, inſolitus.

Aſperę facetię, vbi multum ex vero trahunt, ac rem ſui memoriam relinquunt.

Publica mala, ad occaſionem priuati odij non abutenda.

Compoſita & oblitterata manſuetudo principis, nouam ad ſæuitiam non trahenda.

EX XVI. LIB. ANNAL.

Principibus etiam per vanitatem fortuna illudit.

Inepti, qui mente turbidâ, nocturnæ quietis imaginem ad ſpem haut dubiam retrahunt.

Reges aliàs inſenſi, cupidine auri ad bellum facilè accenduntur.

Diuitiarum exſpectatio inter cauſſas paupertatis publicæ vna.

Stulti fortunæ munera pro virtutibus laudant.

Haut decorum, vitam proximè libertatem a-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

ctam, nouiſsimo ſeruitio fœdare.

Detur hoc illuſtrium virorum poſteritati, vt quomodo exſequiis à promiſcuâ ſepultura ſeparantur; ita in traditione ſupremorum accipiant habeantq́; propriam memoriam.

Tyrannus, trucidatis inſignibus viris, poſtremum virtutem ipſam exſcindere cupit.

Tranſeundum ad vetera inſtituta, ſi potiora ſunt: nouaq́; cupientibus auferatur dux & auctor.

Tyranni magnitudinem imperatoriam cæde inſignium virorũ, quaſi regio facinore oſtentare ſoliti.

Conſtans vir, nihil dicit niſi quo gloriam augeat.

Segnes & pauidi, ſupremis ſuis, ſecretum circundant.

Vt ut perſiſtat Tyranni crudelitas; diſtinguitur tamen apud poſteros memoria honeſti exitus, ab ignauiâ per ſilentium pereuntium.

Vt Tyrannum flagitiorum pudor capiat, irritâ ſpe agitatur.

Multùm antè ſecum expendat iuuenis, quod hiſce temporibus capeſcendæ reip. iter ingrediatur.

Contumaciâ inferiorum, leuitas imperantis deminuitur.

Proditores, habitu & ore, ad exprimendam imaginem honeſti exerciti; ceterum animo perfidioſi, &

ſubdoli

ſubdoli, auaritiam ac libidinem occultant. quæ poſtquam pecuniâ recluſa ſunt, exemplum dant præcauendi, quomodo fraudibus inuoluti ſunt, ſic ſe ſpecie bonarum artium falſos, & amicitiæ fallaces eſſe.

EX LIB. I. HISTOR.

Omnium poteſtatem ad vnum conferri pacis intereſt.

Veritas pluribus modis infringi ſolet, inſcitiâ, libidine adſentandi, aut odio aduerſus dominantes.

Obtrectatio & liuor pronis auribus accipiuntur, adulationi fœdum crimen ſeruitutis, malignitati falſa ſpecies libertatis ineſt.

Incorruptam fidem profeßis, nec amore quiſquam, & ſine odio dicendus eſt.

Rara temporum felicitas, vbi ſentire quæ velis, & quæ ſentias dicere liceat. „

Peßimus reip. ſtatus, vbi nobilitas, opes, omißi geſtiq́; honores pro crimine ſunt; & ob virtutes certißimum exitium.

Non minus præmia delatorum bonis inuiſa, quàm ſcelera.

Nullum adeò virtutum ſterile ſeculum, vt non & bona exempla prodiderit. „

Odio & terrore corrumpuntur in dominos ſerui: in patronos liberti.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Non modò caſus euentuſque rerum, qui plærumque fortuiti ſunt, ſed ratio etiam cauſſæque noſcantur.

Magnis meritis & præmiis, non idem in pace, qui in bello locus.

Miles legi debet, non emi.

Laudati & militari famâ celebrata ſeueritas ducis, angit milites coaſpernantes veterem diſciplinam.

Inuiſum ſemel principem tàm benè quàm malè facta premunt.

Mos vulgo eſt, imperatores formâ ac decore corporis comparare.

Saluberrimum eſt ad continendam militarem fidem, ſi longis ſpatiis diſcreti exercitus, nec vitiis nec viribus miſceantur.

Imperium ambitione non accipiendum.

Secundæ res acrioribus ſtimulis animum explorant: quia miſeriæ tolerantur: felicitate corrumpimur.

Fides, libertas, amicitia, præcipua humani animi bona conſtantiâ retinenda: ſed pleriq; per obſequium imminuunt.

Blanditia peſsimum veri adfectus venenum.

Suadere principi quod oportet, multi laboris: adſentatio erga principem quemcunque, ſine adfectu peragitur.

Immenſum imperij corpus ſtare ac librari ſine rectore non poteſt.

Generari & naſci à principibus, fortuitum, nec vltra æſtimatur: adoptandi judicium integrum: & ſi velis eligere, conſenſu monſtratur.

Tyrannus a peßimo quoq; deſiderabitur: bono principi prouidendum eſt, ne etiam à bonis deſideretur.

Principi futuro vtilißimus ac breuißimus bonorum malorumq; rerum dilectus, cogitare quid aut noluerit ſub alio principe, aut voluerit. Neque enim nunc, vt in ceteris gentibus quæ regnabantur olim, certa dominorum domus, & ceteri ſerui: ſed imperaturus eſt hominibus, qui nec totam ſeruitutem pati poſſunt, nec totam libertatem.

Fauor militum, vt largitione & ambitu malè adquiritur: ita per bonas artes haut ſpernendus eſt.

Imperatoria breuitas, nec vllum orationi lenocinium, nec pretium addere debet.

Animi militum quantulacunque parci ducis liberalitate conciliantur. nocet enim antiquus rigor & ſeueritas, cui iam pares non ſumus.

Faciliores animi ad accipienda credendaq; omnia noua, cùm triſtia ſunt.

Rapacißimo cuique ac perditißimo militum, non agri, aut fœnus, ſed ſola inſtrumenta vitiorum manent.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Grande, tyrannide preſsis gaudium, quòd tàm pauperes euadant quibus donat tyrannus, quam quibus aufert.

Non contatione opus, vbi pernitioſior quies, quàm temeritas.

Mors omnibus naturâ æqualis, obliuione apud poſteros, vel gloriâ diſtinguitur.

Mobiliſsimus quiſque ingenio, & pecuniæ indigus, in nouas cupiditates præceps allicitur.

Falluntur, quibus luxuria ſpecie liberalitatis imponit. perdere enim ſciunt, donare neſciunt.

Princeps, qui ſtupra, commiſſationes & fœminarum cœtus voluit animo, ea principatus præmia putat, quorum libido ac voluptas penes ipſum eſt; robur ac dedecus penes omnes. Nemo enim vnquam ,, imperium flagitio quæſitum, bonis artibus exercuit.

Incipiens adhuc, & nondum adulta ſeditio, melioribus conſiliis facilius flectitur.

Plebi, vt plurimum, nec iudicium, nec veritas: quippè eodem die, diuerſa pari certamine poſtulabit.

Princeps malorum pœnitentiæ, bonorum conſenſui ſpacium dabit. ſcelera enim impetu, bona conſi- ,, lia, morâ valeſcunt.

,, *Intuta quæ indecora: at, ſi cadere neceſſum ſit, occurrendum diſcrimini.*

Credula fama, inter gaudentes & incurioſos.

Igna-

Ignauiſsimus quiſq;, & (vt res docet) in periculo non auſurus nimij verbis, linguâ feroces.

Inſignis animus ad coërcendam militarem licentiam qui minantibus intrepidus eſt, & aduerſus blandientes incorruptus.

Quæ alij ſcelera, tyrannus remedia vocare ſolet: dùm falſis nominibus ſeueritatem pro ſæuitiâ, parſimoniam pro auaritiâ, ſupplicia & contumelias diſcìplinam adpellat.

Tyrannus ciues ſubiectos habet, tanquam ſuos: & viles, vt alienos.

In virtute militum, omne honeſtis conſiliis robur: ſine quibus egregia quæq; inualida ſunt.

Nullus contationi locus eſt in eo conſilio, quod non poteſt laudari, niſi peractum.

Præcipuum peſſimorum incitamentum eſt, quòd boni mœreant.

Euenit in conſiliis infelicibus, vt optima videantur, quorum tempus effûgit.

Turbant bona conſilia trepidi nuncij, ac proximorum diffugia; languentibus omnium ſtudiis qui primò alacres, fidem atque animum oſtentauerant.

Tyranni, vt inimicorum & æmulorum cæde lætentur, ius faſq; credunt.

Tyranni, induſtriæ innocentiæq; bonorum, quaſi malis artibus infenſi ſunt.

Claritas natalium, & metus temporum ſæpè obtentui eſt, vt quod ſegnitia eſt, ſapientia vocetur.

Exercitus cui ſine labore ac periculo ditiſsimi belli victoria evênit ferox prædâ gloriaq́; expeditionem & aciem, præmia quam ſtipendia mavult.

Seueritatem diſciplinæ militaris, quæ in pace inexorabilis eſt, diſcordiæ ciuium reſoluunt.

Auaritia & arrogantia, præcipua validiorum vitia.

Auiditate imperandi, ipſa vitia pro virtutibus interpretari duces ſolent.

Segne ingenium, magnas res concupiſcit magis, quam ſperat.

Facilior inter malos conſenſus ad bellum, quàm in pace ad concordiam.

Inſitum mortalibus naturâ, properè ſequi, quæ piget incoare.

In ſeditionibus accidit, vnde plures ſint, omnes vt eſſe velint.

Minori diſcrimine ſumitur princeps, quâm quæritur.

Apud ſæuientes occidere palàm, ignoſcere non niſi fallendo licet.

Per auaritiam ac ſordes, dux contemtus exercitui inuiſuſq́; redditur.

Nihil in diſcordiis ciuilibus feſtinatione tutius: vbi facto

vbi facto magis quàm conſulto opus eſt.

Pueri & fœminæ, placamenta hoſtilis iræ.

Qui palam laudatur, ſecretis criminationibus incautior decipitur.

Diu ſordidus repentè diues, moderationem fortunæ malè tegit, accenſis egeſtate longâ cupidinibus.

Tyrannus ſæuiens facile pecuniâ mitigatur: quoties pecuniæ materia deeſt, ſtupris & adulteriis exoratur.

Belli auidus, proximam quamq; culpam antequam pœniteat, vltum it.

Ante diſcrimen feroces, in periculo pauidi ſunt.

Vulgus mutabile ſubitis, & tàm pronum in miſericordiam quàm immodicum ſæuitiâ.

In ignauo duce plus formidinis adferunt falſæ virtutes, & vitia reditura.

Qui fœdâ pueritiâ, impudicâ ſenectâ, præmia virtutum velocius vitiis adipiſcitur: crudelitatem mox, deinde auaritiam & virilia ſcelera facilè exercebit.

Peßimus quiſque diffidentiâ præſentium mutationem pauens, aduerſus publicum odium priuatam gratiam præparatum it: nullâ innocentiæ curâ, ſed vice impunitatis.

Infamis vita fœdatur etiam exitu ſero & inhoneſto.

Fides & amor, metu ac neceſsitate huc illuc mutantur.

Conuerſis ad ciuile bellum animis, externa ſine curâ habentur.

Vulgus, vt mos eſt, cuiuſq; motus noui cupidum.

Sæpe euenit, inclinatis ad ſuſpicionem mentibus, vt qui maximè timeat, timeatur.

Optimus quiſque remedium licentiæ poſcit: vulgus & plures ſeditionibus & ambitioſo imperio læti, per turbas & raptus, facilius ad ciuile bellum impellitur.

Non poteſt principatus ſcelere quæſitus, ſubitâ modeſtiâ & priſcâ grauitate retineri.

Cupido & odium multos exercitus in diſcordiam egerunt.

Sæpè honeſtas rerum cauſſas, ni iudicium adhibeas, pernicioſi exitus conſequuntur.

In bello non omnes nuntios palàm audiri, omnia conſilia cunctis præſentibus tractari, ratio rerum aut occaſionum velocitas patitur. Tàm neſcire quædam milites, quàm ſcire oportet. Ita ſe ducum auctoritas, ſic rigor diſciplinæ habet, vt multa per centuriones tribunoſq; tantùm iuberi expediat. Si vbi iubeantur, quærere ſingulis liceat: pereunte obſequio, etiam imperium intercidit.

Parendo potiùs, quàm imperia ducum ſciſcitando, res

do res militares continentur. Et fortiſſimus quiſque in ipſo diſcrimine exercitus eſt, qui ante diſcrimen quietiſſimus. Militi arma, & animus ſit: duci conſilium & virtutis militaris regimen relinquendum.

Quid? pulcherrimam rempub. domibus & tectis & congeſtu lapidum, ſtare creditis? Muta iſta & inanima intercidere ac reparari promiſcuè poſſunt. æternitas rerum, & pax gentium, & ducis ciuiumq́; ſalus, incolumitate ſenatus firmatur.

Vt ex militibus ſenatores: ita ex ſenatoribus principes naſcuntur.

Facillimum factu eſt, vt criminando, prauus & callidus bonos & modeſtos anteeat.

Sapientibus, quietis & reipub. cura: leuiſſimus quiſq; & futuri improuidus ſpe vanâ tumet.

Multi quibus afflicta fides in pace, turbatis rebus alacres, & per incerta tutiſſimi ſunt.

Vulgus, & magnitudine nimiâ communium curarum expers populus, ſentire paulatim belli mala ſolet, conuersâ in militum vſum pecuniâ, intentiſq́; alimentorum prætiis.

EX LIB. II. HISTOR.

Æmulatio, & vicini exercitus gloria, militis repellit ſegnitiam.

Praua certamina, communi vtilitate abolenda.

Inter

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Inter victores victóſque nunquam ſolida fides coaleſcit.

Rebus ſecundis, etiam egregij duces inſoleſcunt.

Optimus quiſq; amore reip. multi dulcedine prædarum, alij ambiguis domi rebus ad bellum ſtimulantur. Ita boni maliq́; cauſsis diuerſis, ſtudio pari, bellum cupiunt.

In ciuitate diſcordi, & ob crebras principum mutationes inter libertatem ac licentiam incertâ, paruæ quoq; res magnis motibus aguntur.

Ut aduerſus modeſtiam diſciplinæ bellicæ quiſq; corruptus eſt, ita præliorum auidus.

Militibus temerè collectis, non caſtra, non ducem noſcitantibus, neque in victoriâ decus eſt, neque in fuga flagitium.

Securus hoſtis, ac ſucceſſu rerum ſecordius agens, facilè inuaditur.

Longa pax ad omne ſeruitium frangit populos, faciles occupantibus, & melioribus incurioſos.

„ *Inſitum mortalibus naturâ, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpicere, modumq́; fortunæ à nullis magis exigere, quam quos in æquo vident.*

„ *Ei qui contator naturâ eſt, cauta potius conſilia cum ratione, quàm proſpera ex caſu placent.*

Contumelioſum militibus, acerbum duci corruptâ iurgiis aut rixis diſciplinâ militari.

Certum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Certum eſt ciuilibus bellis, plus militibus quàm ducibus licere.

Studia militum in eum inclinant ducem, qui benignitate animi promtior habetur.

Fauor ex proceritate corporis, & vigore ætatis, inanis.

Princeps, ventri & gulæ deditus, ſibi ipſi hoſtis eſt: luxui, ſæuitiæ, audaciæ, Reip. exitioſior ducitur.

Multa bella impetu valida, per tædia & moras euaneſcunt. ››

Publica priuataq́ʒ opes, & immenſa pecunia, inter ciuiles diſcordias, ferro validior.

Conuenit nonnunquam, vt Princeps dubiis præliorum exemtus, ſummæ rerum & imperij ſeipſum reſeruet.

Princeps cui vni apud militem fides, dùm & ipſe non niſi militibus credit, imperia ducum in incerto relinquit.

In ciuili bello crebra transfugia: & exploratores curâ diuerſa ſciſcitandi, ſua vix occultant.

Miles plerumqʒ lætus ad mutationem ducum: duces vero ob crebras ſeditiones infeſtam militiam aſpernantur.

Raro miles quietem pro diſcordiâ, bonum & innocentem principem pro peſſimis & flagitioſiſſimis expetit. Nec facilè viro prudenti corruptiſſimo hoc

ſeculo ſperandum eſt, tantam vulgi moderationem fore: vt qui pacem belli amore turbant, bellum pacis caritate deponant.

Vetus, ac iam pridèm inſita mortalibus potentiæ cupido, cum imperij magnitudine adoleuit, erupitq́. Nam rebus modicis, æqualitas facile habebatur. ſed vbi ſubacto orbe, & æmulis vrbibus regibúſve exciſis, ſecuras opes concupiſcere vacuum fuit, prima inter patres plebemq́ certamina exarsêre.

Tyrannos deûm ira, hominum rabies, ſcelerum cauſſæ in diſcordiam agunt.

Miles alacer, iuſſa ducum exſequi, quàm interpretari mauult.

Non perindè dijudicari poteſt, quid optimum factu fuerit: quàm peſsimum fuiſſe quod factum eſt.

Attonitas ſubito terrore mentes, falſum gaudium in languorem vertit.

In bellis ciuilibus, ſpes & præmia in ambiguo: certa, funera & luctus.

Non quiſquam adeò mali expers, vt non aliquam mortem mœreat.

Maiore animo tolerantur aduerſa, quàm relinquuntur.

Fortes & ſtrenui, etiam contra fortunam inſiſtunt ſpei: timidi & ignaui, ad deliberationem formidine

midine properant.

Difficilius eſt temperare felicitati, quâ te non putes diu vſurum.

Durus princeps, qui egregios patriæ pubis exercitus, ſterni ſæpè & reipub. eripi patiatur.

Exhauriuntur conuiuiorum apparatibus principes ciuitatum: vaſtantur ipſæ ciuitates: degenerat quoque à labore ac virtute miles, adſuetudine voluptatum, & contemtu ducis.

Minora belli mala maioribus vrbium cladibus oblitterantur.

Ignauus princeps nunquam ita ad curas intentus eſt, vt voluptatis obliuiſcatur.

Legati tribunique ex moribus imperatorum, ſeueritatem æmulantur, vel tempeſtiuis conuiuiis gaudent. perindè etiam miles intentus, aut licentior.

Sæpè remedium tumultus vnius, alius tumultus.

Veteri diſciplinâ, & inſtitutis maiorum, virtute quàm pecuniâ reſpub. melius ſtetit.

Imperium cupientibus, nihil medium videtur inter ſumma aut præcipitia. ››

Apud victos, plus querimoniarum quam virium.

Fluxa per diſcordias militum fides, & periculum ex ſingulis.

Omnes, qui magnarum rerum conſilia ſuſcipiunt, ››
æſtima-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

æſtimare debent, an quod incoatur, reip. vtile, ipſis glorioſum; aut promtum effectu, aut ſanè non arduum ſit. Simul ipſe qui ſuadet conſiderandus eſt: adijciátne conſilio periculum ſuum: & ſi fortuna ceptis adſuerit: cui ſummum decus adquiratur.

Torpere principem, & polluendam perdendamq́; remp. relinquere ſopor & ignauia videtur, etiam ſi, quàm inhoneſta, tam tuta ſit ſeruitus.

Satis clarus eſt apud timentem, quiſquis timetur.

Præproperâ deſperatione, nullâ arte aut exercitus vi princeps victus, iam deſiderabilem alium & magnum principem facit.

Si quid ardoris aut ferociæ miles habet, popinis & comeſſationibus, & corrupti principis imitatione deteritur.

Acriore hodiè diſciplinâ, victi quàm victores agunt.

Multos militum, ira, odium, vltionis cupiditas ad virtutem accendit: alij per faſtidium & contumaciam hebeſcunt.

In moderato principe, nihil tumidum, arrogans, aut in rebus nouis nouum.

Boni laude, ſegnes exemplo incitandi ſæpiùs, quàm cohercendi.

Vitia magis amicorum, quàm virtutes diſſimulanda.

Nihil

Nihil æquè ducem fatigat, quam pecuniarum conquiſitio: quæ belli ciuilis nerui ſunt.

Sæpe belli tempore grauia atque intoleranda, ſed neceſſitate armorum excuſata, etiam in pace manẽt.

Qui non tam præmiis periculorum, quam ipſis periculis lætantur, pro certis & olim partis, noua, ambigua, ancipitia malunt.

Magnus comitatus inhabilis ad parendum, etiamſi ſummâ modeſtiâ regatur.

Inſolens contumeliæ animus, ludibrium non fert,

Vulgus, vacuum curis, & ſine falſi verique diſcrimine.

Nunquam ſatis fida potentia eſt, vbi nimia.

In aulâ corrupti principis, nemo probitate aut induſtriâ certat: vnum ad potentiam iter, prodigis epulis & ſumtu.

Quantum hebes ad ſuſtinendum laborem miles, tanto ad diſcordias promtior.

Amb tio vetus, torpor recens, nimiâ fortunæ indulgentiâ ſoluuntur in luxum.

Euenit inter malos, vt ſimiles ſint.

EX LIB. III. HISTOR.

Quanquam atrociter loquantur, minor tamen eſt apud victos animus.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Hoſtium exercitus, diſcordes animis, diſcreti viribus aggrediendi: antequam ducibus auctoritas, militi obſequium et iunctis legionibus fiducia redeat.

Militi ignauo, quanto plus ſpei ad perfugium, tanto minor ad reſiſtendum animus eſt.

Militibus per tenebras irrumpentibus, maior audacia & rapiendi licentia. Quodſi lucem operiantur, iam pacem, iam preces, & pro labore ac vulneribus, clementiam & gloriam inania ferent.

Expugnatæ urbis præda, ad militem; dedita, ad duces pertinet.

Non decus neque pretium cupiendum militibus benèmeritis: ſed diuidenda inter exercitum duceſq; munia.

Militibus, cupido pugnandi conuenit; duces prouidendo, conſultando, contatione ſæpius quam temeritate prodeſſe debent.

Dux pro virili portione armis ac manu victoriam iuuabit; ratione & conſilio proprijs ducis artibus profuturus.

Prælium nocturnum, varium, anceps, atrox; nunc his nunc illis, exitiabile. nihil enim animus, aut manus, ne oculi quidem prouiſa iuuabunt.

Dux, militum alios pudore & probris, multos laude & hortatu, omnes ſpe promiſſiſq; accendet.

Fruſtra minis & verbis prouocantur hoſtes, ſi

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

manus eorum oculiq; non tolerentur.

Militi, ingrata ſæpè, quæ tuta, & ex temeritate, ſpes. omniſq; cædes, & vulnera, & ſanguis, auiditate prædæ penſantur.

Diſcretus labor milites fortes ignauoſq; diſtinguat: vt ipſa contentione decoris accendantur.

Ira victoris, non in vulgus inops, ſed in tribunos centurioneſq;, vbi pretium cædis, vertenda.

Moderatus dux, magnifice victores, victos clementer alloqui debet.

In direptionibus vrbium, calonum lixarumq́; amplior numerus, in libidinem ac ſæuitiam corruptior eſt. non dignitas, non ætas protegit, quo minus ſtupra cædibus, cædes ſtupris per eos miſceantur.

Ignauus dux, qui curis luxum obtendens, non parat arma, non alloquio exercitioq́; militem firmat: non in ore vulgi agit: ſed vmbraculis hortorum abditus, vt ignaua animalia (quibus ſi cibum ſuggeras, iacent torpentq́;) præterita, inſtantia, futura pari obliuione dimittit.

Plus apud ſecordem animum lætitia quàm cura valet.

Sæpè inutili contatione, agendi tempora, conſultando conſumuntur,

Omnia aſpernari conſilia, inter ancipitia deterrimum eſt.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Secordiâ ducum, & ſeditione militum regiones facilè turbantur. externa quoque vi & perfidiâ ſociali res patriæ affliguntur.

Felicitas auaritiam, ſuperbiam, ceteraq́ꝫ occulta mala patefacit.

Miles arbitrio ducum, non duces militari violentiâ trahendi; nam ſeditioſa, & corrumpendæ diſciplinæ intenta.

Vbi feſtinatio atque auiditas præpediunt, dum quæ accipi poßint rapiantur, nec pecuniam nec frumentum miles prouidere poteſt.

Cœdem fraternam in bello admiſſam, nec honorare iure hominum, nec vlciſci, ratione belli dux permittitur.

Tantò acrior apud maiores, ſicut virtutibus gloria, ita flagitijs pœnitentia fuit.

Ex euentu rerum aduerſa abnuenda, & proſpera agnoſcenda.

Non nuntiis, neque epiſtolis ſed manu & armis imperatori ſuo dux militare debet.

Ceciderunt inirritum belli labores, ſi prœmia periculorum ſoli adſequantur, qui periculis non adfuerunt.

Dux nuntios cladis alicujus occultans, ſtultâ diſſimulatione remedia potius malorum, quàm mala ipſa differt.

Vera

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Vera narraturi, quia vetantur, atrocia narrare conſueuerunt.

Apud ſapientes caſſa habebantur, quæ neque dari, neque accipi ſalua repub. poterant.

Dux ignarus militiæ, improuidus conſilij: quis ordo agminis, quæ cura explorandi, quantus vrgendo trahendóve bello modus, alios rogitans: & ad omnes nuntios vultu quoq; & inceſſu trepidus, dein temulentus, ipſe ſuo exercitui præcipuum oſtentum.

Ita ignaui principis aures formatæ ſunt, vt aſpera quæ vtilia: nec quidquam niſi iocundum & læſurum accipiat.

Plæriq; proditorum, neque fidei conſtantes, neq; ſtrenui in perfidiâ ſunt.

Natura trepidantium eſt vt longi promiſsis, & immodici vultu, voce, lacrumis miſericordiam eliciant.

In metu, conſilia prudentium, & vulgi rumor iuxta audiuntur.

Omnia inconſulti impetus cœpta, initiis valida, ſpatio langueſcunt.

Miles, in nouo obſequio ad cuncta belli munia acer.

Initia bellorum ciuilium fortunæ permittenda: victoria conſiliis & ratione perficitur.

Maiora militibus præmia, & multò maximum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

decus, ſi incolumitatem reip. ſine ſanguine quærant.

Haut raró virtute copiaq; hoſtium, amiſsi præſidij dedecus lenitur.

Homines procaces moribus, famam vrbanitatis per laſsiuiam petunt.

Mitis vir abhorret à ſanguine & cædibus.

Non principi imperium inuadenti, non amicis, non deniq; exercitibus ſecuritas, niſi exſtincto æmulatore redit.

In bello id ſolùm refert, victi & dediti vna morientes, nouiſsimum ſpiritum per ludibrium & contumelias effundant, an per virtutem.

Ignauo duci ſurdæ ad fortia conſilia aures. obruitur enī animus miſeratione curaq;, ne pertinacibus armis, minùs placabilem victorem relinquat coniugi & liberis.

In dubiis caſibus accidit, vt conſilium ab omnibus detur: periculum pauci ſumant.

Miles aduerſus pericula ferox, laboribus & vigiliis parum intentus eſt.

Pax & concordia, victis vtilia; victoribus tantùm pulchra ſunt.

Dux neque iubendi, neque vetandi potens, non iam imperator, ſed tantum belli cauſſa exiſtit.

Dux ſegnis & veluti captus animi: neque alienis conſiliis regi, neque ſua expedire poteſt.

In perditis rebus accidit, vt omnes præcipiant, nemo exſequatur.

Degener princeps, non virtutibus, vt boni, ſed quo modo peſsimus quiſq; vitio valet.

Natura pauoris eſt, vt cùm omnia metuenti, tùm vero maximè præſentia diſpliceant.

Simplicitas ac liberalitas, ni adſit modus, principi in exitium vertuntur.

Qui amicitias magnitudine munerũ, non cõſtantiâ morũ continere putat, meret magis quàm habet.

EX LIB. IIII. HISTOR.

In turbas & diſcordias peſsimo cuiq; plurima vis: pax & quies bonis artibus indigent.

Milites vt modeſtiâ vel ignobilitate in bello obſcũri: ita præmiorum expertes erunt.

Procliuius eſt iniuriæ quàm beneficio vicem exſoluere: quia gratia oneri, vltio in quæſtu habetur.

Aduerſus principes, inuidia in occulto, adulatio in aperto eſt.

Princeps bonus ingenium illuſtre altioribus ſtudiis, iuuenis dabit: non vt pleriq; vt nomine magnifico ſegne otium velet: ſed quo firmior aduerſus fortuita rempub. capeſſat.

Sorte & vrnâ mores non diſcernuntur. ſuffra-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

gia & exiſtimatio ſenatus reperta ſunt, vt vniuſcuiuſque vitam famamq; penetrent.

Nullum maius boni imperij inſtrumentum, quàm boni amici.

Boni imperatores voto expetendi, qualeſcunque tolerandi ſunt.

Quomodo peßimis imperatoribus ſine fine dominatio, ita egregius modus libertatis placet.

Libertas naturâ, etiam mutis animalibus data.

Virtus proprium hominis bonum.

Dei fortioribus adſunt.

Aperta odia armaq; palàm depelluntur: fraus & dolus obſcura, eoque ineuitabilia.

Quod in pace ſors ſeu natura, in bello fatum & ira Dei vulgò vocari ſolet.

Vulgus ſine rectore præceps, pauidus, ſecors.

Victores, quorum cupiditates externis bellis inexplebiles, nulla vnquam ciuilis victoria ſatiabit.

Optimus magiſtratus, cuius ope nihil ſit, quo cuiuſquam ſalus lædatur: neq; præmium aut honorem ex calamitate ciuium capit.

Trepidi, & verba iuriſiurandi per varias artes mutare ſolent, quibus flagitij conſcientia ineſt.

Inuenit etiam æmulos infelix nequitia.

Diutius durant exempla, quàm mores.

Optimus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Optimus eſt poſt malum principem dies primus.

In pace ſuſpecta tutius bellum eſt.

Extremè periclitantibus vna in audaciâ ſpes ſalutis.

Principem criminantium nuntiis temerè accendi non oportet.

Non legiones, non claſſes, perindè firma imperij munimenta, quàm numerus liberorum. Nam amici tempore, fortunâ, cupidinibus aliquando aut erroribus imminuuntur, transferuntur, deſinunt. Suus cuiq; ſanguis indiſcretus: ſed maximè principibus: quorum proſperis & alij fruuntur, aduerſa ad iunctiſſimos pertinent.

Ne fratribus quidem manebit concordia, ni pater exemplum præbeat.

Præſtat nonnunquam parcere victis: ne ſublatâ „
ſpe veniæ reliqui pertinaciâ accendantur.

Vbi vires ad coërcendum defuerint: optimum Duci inter ambiguos milites & occultos hoſtes, mutuâ diſſimulatione, & ijſdem quibus petitur artibus graſſari.

Proxima innocentiæ, matura & ſine noxâ pœnitentia.

Belli tempore iumenta, equos & alia animalia, aliàs profana fœdáque in vſum alimentorum neceſſitas vertit.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Duces ſæuitia ingenij & cupidine prædæ, ad excidium ciuitatum trahuntur.

Nouum imperium inchoantibus, vtilis clementiæ fama.

Etiam feræ animalia, ſi clauſa teneas, virtutis obliuiſcuntur.

Quomodo lucem noctémq; omnibus hominibus: ita omnes terras fortibus viris natura aperuit.

Sincerus & integer, & ſeruitutis oblitus populus, aut ex æquo agit, aut aliis imperitat.

Feſtinatum temerè prælium pari formidine deſeritur.

Princeps, ſpe ac iuuenta ad bellum properus & flagrans, mora nonnunquam retinendus: ne ferociâ ætatis, & prauis impulſoribus, ſi exercitum inuadat, paci belloque malè conſulat.

Etiam bellum ab ignauis ſumitur: ſed ſtrenuiſſimi cuiuſq; periculo geritur.

Dux, ſapientiſſimum quemq; militum reuerentiâ fideq;: iuniores periculo ac metu continebit.

Acerrima ſæpenumero ſunt proximorum odia.

Dux pugnæ auidus, & continuendis quàm cauendis hoſtibus melior, ferociâ verborum militem accendere ſolet.

Hoſtis temerè collectus, haut ita loco iuuatur: vt

non plus

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

non plus ſubſidij ceteris in virtute ſit.

Militem ſæuientem, non perindè periculum aut metus, quam pudor ac dedecus obſtupefacit.

In bello haut raro fata acta dictitantur, quæ militum ducúmve diſcordia, vel fraude hoſtium euenerant.

In motu ciuili bona ac mala non ſuâ naturâ, ſed vocibus ſeditioſorum æſtimantur.

Bellum cupientibus, libertas, & ſpecioſa nomina prætexuntur. nec quiſpiam alienum ſeruitium, & dominationem ſibi concupiuit, vt non eadem iſta vocabula vſurparet. ”

Neque quies gentium, ſine armis; neq; arma, ſine ſtipendiis; neq; ſtipendia, ſine tributis haberi queunt. ”

Quomodo ſterilitas, aut nimij imbres & cetera naturæ mala; ita luxus vel auaritia dominantium tolerari debent. vitia enim erunt, donec homines. ſed neq; hæc continua; & meliorum interuentu penſantur. ”

Compages vrbium, quæ multorum annorum fortunâ diſciplinaq; coaluit: conuelli ſine exitio conuellentium non poteſt.

Maximum ijs in bello diſcrimen, penes quos aurum & opes præcipua bellorum cauſæ.

Ciues bello iactatos, vtriuſq; fortunæ documenta moneant, ne contumaciam cum pernicie, quàm ob-

ſequium

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

ſequium cum ſecuritate malint.

Vix adeò quis in arma promptus, vt non idem pretium quietis, quam periculi malit.

Bonus dux, rem incuria afflictam, conſtantiâ reſtituit.

Etiam modica, ſed crebra damna, famam victoriæ labefactare ſolent.

Ingenia regum prona ad formidinem. vbi ſecuritas rediјt, voluptatum quam religionum adpetentia.

Ex lib. V. histor.

Non indecorum principi promptum ſe in armis oſtendere, comitateq́; & alloquiis officia militum prouocare.

Profani, qui deûm imagines, mortalibus materiis in ſpecie hominum effingunt. Summum enim illud & æternum neque mutabile, neque interiturum.

Milites qui omiſsis telis, importuna præda manus impediunt ſuâ ſibi victoriâ obſtant.

Fortunâ, etiam vbi artes deſunt, præſente: duci, exercituiq́; minor cura diſciplinæ.

Vt ad fallendum ſilentio, ita cæptâ cæde, quo plus terroris hoſtibus addatur, cuncta clamoribus miſceri iuuat.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Tædium malorum, & ſpes vitæ, plerumque magnos animos infrĩgunt.

Ex LIB DE MORIB. GERMANOR.

Magno ſemper electorum iuuenum globo circumdari, in pace decus eſt, in bello præſidium.

In acie turpe principi virtute vinci: turpe comitatui virtutem principis non adæquare.

Infame in omnem vitam ac probroſum, ſuperſtitem principi ſuo quemquam ex acie receßiſſe.

Bello adſuetis ingrata quies; & facilius inter ancipitia clareſcunt. pigrumq́; & iners iiſdem videtur ſudore adquirere, quod poßis ſanguine parare.

Exercitatio artem parat, ars decorem.

Fortes lamenta ac lacrumas citò: dolorem & triſtitiam tardè ponunt. Fœminis enim lugere honeſtum eſt: viris meminiſſe.

Fortuna inter dubia, virtus inter certa numeratur.

Præcipuum virtutis ac virium argumentum: vt quis ſuperior agat, per iniurias non adſequi.

Ex IVL. AGRIC. VITA.

Vitium paruis magniſq́; ciuitatibus commune, ignorantia recti, & inuidia.

Apud priores, vt agere memoratu digna pronum,

magiſque

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

magiſque in aperto erat: ita celeberrimus quiſque ingenio, ad prodendam virtutis memoriam ſine gratiâ aut ambitione, bonæ tantum conſcientiæ pretio ducebatur. ac pleriqueſuam ipſi vitam narrare, fiduciam potius morum, quàm arrogantiam arbitrati ſunt.

Virtutem yſdem temporibus optimè æſtimantur, quibus facillimè gignuntur.

Ademto per inquiſitiones loquendi audiendiq; commercio, memoriam quoque ipſam cum voce perderemus, ſi tàm in noſtra poteſtate eſſet obliuiſci, quàm tacere.

Natura infirmitatis humanæ, tardiora ſunt remedia quàm mala.

Vt corpora lentè augeſcunt, citò extinguuntur, ſic ingenia ſtudiaq; oppreſſeris faciliùs, quàm reuocaueris.

Iuvenis ſublime & erectum ingenium, pulchritudinem ac ſpeciem excelſæ magnæq; gloriæ vehementiùs quàm cautè appetit: ſed mitigat ratio & ætas: retinetq;, quod eſt difficillimũ, ex ſapientiâ modum.

Mos iuuenum, militiam in laſciuiam vertere. At honeſtus miles, noſcere prouinciam, noſci exercitui. diſcere a peritis, ſequi optimos, nihil appetere ob iactationem, nihil ob formidinem recuſare, ſimulq; anxius & intentus agere ſtudet.

Milita-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Militaris gloriæ cupido, ingrata temporibus, quibus ſiniſtra erga eminentes interpretatio; nec minus periculum ex magnâ famâ, quam ex malâ.

In bonâ vxore, tantò maior laus, quantò in malâ plus culpæ eſt.

Bonus dux mauult videri milites inueniſſe bonos quam feciſſe, temperat quoque vim ſuam, ardorémque compeſcit, ne increſcat, peritus obſequi, eruditúſque vtilia honeſtis miſcere. neque vnquam in ſuam famam geſtis exultat: ſed ad auctorem & principẽ, vt miniſter fortunam refert: ita virtute in obſequendo, verecundiâ in prædicando, extra inuidiam, nec extra gloriam erit. Quin & tempora curarum remiſsionumq́ue diuiſa habet: vbi conuentus ac iudicia poſcunt; grauis, intentus, ſeuerus eſt, & ſæpius miſericors: vbi officio ſatisfactum; nulla vltrà poteſtatis perſona. Triſtitiam quoque & arrogantiam & auaritiam exſuit: nec illi, quod eſt rariſsimum, aut facilitas auctoritatem, aut ſeueritas amorem deminuit. Ne famam quidem, cui etiam ſæpè boni indulgent oſtentendâ virtute, aut per artem quærit: procul ab æmulatione eſt aduerſus collegas, procul à contentione aduerſus procuratores. vincere inglorium, & atteri ſordidum arbitratur.

Haut ſemper errat fama, aliquando & eligit:

Non aliud aduerſus validiſsimas gentes quã per

principes

principes factionibus & ſtudiis trahuntur. pro hoſte vtilius, quàm quòd in commune non conſulant.

Vbi rarus ciuitatum ad propulſandum commune periculum conſenſus, dum ſinguli pugnant, vniuerſi vincuntur.

Ciuibus patria, coniuges, parentes; externis hoſtibus, auaritia & luxuria cauſſa belli ſunt.

Innocens magiſtratus, & nullis delictis inuiſus, caritatem parat loco auctoritatis.

Sæpè diſsimulatione famæ, fama augetur.

Prudens magiſtratus per aliena experimenta doctus parum proficí armis ſi iniuria ſequantur, cauſſas bellorum facilè exſcindere ſtudet. A ſe autem ſuiſque exordiens, primùm domum ſuam coërcet, quod pleriſque haut minus arduum eſt, quam prouinciam regere.

Magiſtratus omnia quidem ſcire ſtudebit, non omnie xſequi: paruis peccatis veniam, magnis ſeueritatem commodabit: nec pœnâ ſemper, ſed ſæpius pœnitentiâ contentus erit. officiis & adminiſtrationibus potius præficere debet non peccaturos, quàm damnare, cùm peccauerint.

Iniuriâ & tolerantiâ magiſtratus, pax ſæpè haut minus, quàm bellum timetur.

Honeſtius magiſtratui putatur, ciues offendere, quàm odiſſe.

Iniquiſ-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Iniquiſsima hæc bellorum conditio eſt, cùm proſpera omnes ſibi vendicant, aduerſa vni imputantur.

Fortis dux domeſtico vulnere ictus, caſum neq; vt plerique fortium virorum ambitiose, neque per lamenta rurſus ac mœrorem muliebriter fert: ſed in luctu, bellum inter remedia habet.

Commune periculum, concordiâ propulſandum.

Prælium atque, arma, quæ fortibus honeſta, eadem etiam ignauis tutiſsima ſunt.

Tyranni ſuperbiam fruſtra per obſequium & modeſtiam effugeris.

Tyranni raptores, ſoli omnium opes atque inopiam pari affectu concupiſcunt, auferunt, trucidant, rapiúntq; falſis nominibus imperium; ~~atque vbi ſolitudinem faciunt, pacem adpellant~~.

Nata ſeruituti mancipia ſemel veneunt, atque vltrò à dominis aluntur: qui ſub Tyranno degit, ſeruitutem cottidiè emit, cottidiè paſcit.

Metus & terror infirma vincula caritatis, quæ vbi remoueris, qui timere deſierunt, odiſſe incipient.

Fortem militem non terret vanus adſpectus & auri fulgor atque argenti, quod neque tegit, neque vulnerat.

Honeſta mors turpi vita potior: & incolumitas ac decus eodem loco ſita ſunt.

Maximè formidoloſum, priuati hominis nomen ſupra

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

men ſupra principis attolli.

Militare nomen graue inter otioſos : itaque aliis virtutibus temperandum.

Strenui viri ſimul ſuis virtutibus & vitiis aliorum in ipſam gloriam præcipites aguntur.

„ *Proprium humani ingenij eſt, odiſſe quem læſeris.*

Moderati & prudentes viri, non contumaciâ, neque inani iactatione libertatis famam prouocant.

Sciant quibus moris illicita mirari, poſſe etiam ſub malis principibus magnos viros eſſe: obſequiúmque ac modeſtiam, ſi induſtria ac vigor adſint, eò laudis excedere, quò plerique per abrupta, ſed in nullũ rei pòſt vſum, ambitioſâ morte inclaruerunt.

Mors boni magiſtratus ciuib. luctuoſus, amicis triſtis, extraneis etiam ignotiſq; non ſine curâ venit.

Sic optimi magiſtratus memoriam ciues venerari debent, vt omnia facta dictáque eius ſecum reuoluant: famámque ac figuram animi magis quàm corporis complectantur. non quia intercedendum putem imaginibus, quæ marmore aut ære finguntur: ſed vt vultus hominum, ita ſimulachra vultus imbecilla ac mortalia ſunt; forma mentis æterna. quã tenere & exprimere non per alienam materiam & artem, ſed tuis ipſe moribus poſſis. Quidquid ex bono principe amauimus, quidquid mirati ſumus, manet, manſurúmq; eſt in animis hominum, in æternitate tem-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

tate temporum, famâ rerum. Nam multos veterum velut inglorios & ignobiles obliuio obruet, optimus princeps poſteritati narratus & traditus, ſuperſtes erit.

EX DIALOGO DE CAVSSIS CORRVPTÆ ELOQVENTIÆ.

Studio eloquentiæ, nullum aliud in ciuitate vel ad vtilitatem fructuoſius, vel ad dignitatem amplius, vel ad vrbis famam pulcrius, vel ad totius imperij atque omnium gentium notitiam illuſtrius cogitari poteſt. Nam ſi ad vtilitatem vitæ omnia conſilia, facta noſtra dirigenda ſunt; quid erit tutiùs quàm eam exercere artem, quâ ſemper armatus præſidium amicis, opem alienis, ſalutem periclitantibus, inuidis vero & inimicis metum & terrorem vltrò feras, ipſe ſecurus, & velut quâdam perpetuâ potentia ac poteſtate munitus? cuius vis & vtilitas rebus propè fluentibus, aliorum præſidio & tutelâ intelligitur. Sin proprium periculum increpuit; non hercule lorica aut gladius in acie firmius munimentum, quàm reo & periclitanti eloquentia præſidium ſimul & telũ, quo propugnare pariter & inceſſere, vel in iudicio, ſiue in ſenatu, ſiue apud principem poſſis.

Ingenio quoque, ſicut in agro, quamquam alia diu ſerantur atque elaborentur, gratiora

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

tamen quæ ſua ſponte naſcuntur.

Bonus princeps & patiens veri, benè intelligit, ceteros quidem amicos ſuos niti iis quæ ab ipſo acceperint, quæque ipſi accumulare, & in alios congerere promtum eſt: oratores autem & ſapientiæ profeſſores, attuliſſe ad amicitiam ſuam, quod non à principe acceperint, nec accipi poſſit.

„ *Pulchrum quidem, indulgentiam principis ingenio mereri: multò tamen pulcrius, ſi ita res familiaris exigat, ſeipſum colere, ſuum genium propitiare, ſuam experiri liberalitatem.*

Statum ac ſecuritatem melius innocantiâ tuemur, quàm eloquentia.

Mutantur cum temporibus formæ & genera dicendi.

„ *Vitio malignitatis humanæ, vetera ſemper in laude, præſentia in faſtidio fuêre.*

Cum conditione temporum ac diuerſitate aurium, forma quoq; & ſpecies orationis mutanda eſt.

Oratio, ſicut corpus hominis, ea demum pulcra eſt, in quâ non eminent venæ, nec oſſa numerantur, ſed temperatus ac bonus ſanguis implet membra & exſurgit toris, ipſos quoque neruos rubore tegit & decore commendat.

Sermonis

Sermonis liberi lex eſt, vt iudicium animi citra damnum affectus proferatur.

Quis ignorat & eloquentiam, & ceteras artes ”
deſciuiſſe ab iſtâ vetere gloriâ, non inopiâ hominum, ”
ſed deſidiâ iuuentutis, & negligentiâ parentum, & ”
inſcientiâ præcipiẽtium, & obliuione moris antiqui? ”

Olim ſuus cuique filius ex caſtâ parente natus, non in cella emta nutricis, ſed gremio ac ſinu matris educabatur, cuius præcipua laus erat, tueri domum, & inſeruire liberis. Eligebatur autem aliqua maior natu propinqua, cuius probatis ſpectatiſq; moribus, omnis cuiuſpiam familiæ ſoboles committeretur, coram quâ, neque dicere fas erat, quod turpe dictu, neque facere quod inhoneſtum factu videretur. Ac non ſtudia modò curáſque, ſed remiſſiones etiam luſuſq; puerorum, ſanctitate quâdam ac verecundiâ temperabat. quæ diſciplina ac ſeueritas cò pertinebat, vt ſincera & integra, & nullis prauitatibus detorta vniuſcuiuſq; natura, toto ſtatim pectore arriperet artes honeſtas: & ſiue ad rem militarem, ſiue ad iuris ſcientiam ſiue ad eloquentiæ ſtudium inclinaſſet, id ſolum ageret, id vniuerſum hauriret. At nunc natus infans deligatur alicui ancillæ, cui adiungitur vnus aut alter ex omnibus ſeruis plerumq; viliſſimus, nec cuiquam ſerio miniſterio adcommodatus. horum fabulis & erroribus teneri ſtatim &

rudes animi inbuuntur. Nec quiſquam in totâ domo penſi habet, quid coram infante domino, aut dicat, aut faciat: quando etiam ipſi parentes, nec probitati neque modeſtiæ paruulos adſuefaciunt, ſed laſciuiæ & libertati: per quæ paulatim impudentia irrepit & ſui alienique contemtus.

Diſcipuli, non ambitione ſalutantium, nec illecebris adulationis, ſed ſeueritate diſciplinæ, & ingenij experimento, præceptoribus colligendi.

Ex multâ eruditione, ex pluribus artibus & omnium rerum ſcientiâ, exundat & exuberat illa admirabilis eloquentia.

De æquitate & honeſtate copiosè variè & ornatè nemo dicere poteſt, niſi qui cognouit naturam humanam & vim virtutum, prauitatemq́; vitiorum, & intellectum eorum, quæ nec in virtutibus, neque in vitiis numerantur.

Quis ignorat vtilius ac melius eſſe frui pace, quam bello vexari? Plures tamen bonos prœliatores bella quàm pax ferunt.

Si inueniretur aliqua ciuitas, in quâ nemo peccaret, ſuperuacuus eſſet inter innocentes orator, ſicut inter ſanos medicus. Quomodo tamen minimum vſus minimumque profectus ars medentis habet in his gentibus, quæ firmiſſimâ valetudine ac ſaluberrimis

rimis

rimis corporibus vtũtur: ſic minor oratorum obſcurior'q́; gloria eſt inter bonos mores & in obſequum regentis paratos. Quid enim opus eſt longis in ſenatu ſententiis, cùm optimi citò conſentiant? Quid multis apud populum concionibus, cùm de rep. non imperiti & multi deliberent, ſed ſapientiſsimus & vnus? Quid voluntariis accuſationibus, cùm tàm rarò tàm parcè peccetur? Quid inuidioſis & excedentibus modum defenſionibus, cùm clementia cognoſcentis obuiam periclitantibus eat?

Quoniam nemo eodem tempore adſequi poteſt magnam famam & magnam quietem, bonis ſeculi ſui quiſq́; citra obtrectationem alterius vtatur.

FINIS.

ERRATA.

Pag. 4. *lin.* 3. *excerpta.* 8, 11. *mereare. ib.* 19. *cauſæ* 9. *poſt lineam.* 12. *interſere, Deorum iniuriæ, Diis curæ.* 131. *prouenêre.* 15. 25. *ſpretis quæ tardâ eſt*, 17, 1. *refutauerimus.* 19. 19. *ſceleſtum protegunt.* 23, 20. *hoſtis.* 32, 12. *omiſſum, cupido dominandi cunctis adfectib. flagrantior.* 33. 11. *aerem* 34, 23. *Imperitantis* 36, 23. *blanditiæ.* 44, 24. *intermiſſum Milis, poſito hoſtium contemptu, & recuperandi decoris cupidine, reuerentius & æqualiùs Duci paret*, 45. 12. *ciuiles.* 48. 26. *diſsimulanda.* 50. 1. *animis. ib.* 12. *eripiendum*, 51. *ira.* 55, 1 *perditis.* 56, 10. *fit.* 58, 23. *contemnendis.* 59, 4. *fato.* 16, 15. *cætera.* 60, 9. *ſecuritas.* 61, 2. *infringunt. ib.* 8. *probroſam.* 62, 3. *precio. ib.* 7. *virtutes.* 63. 7. *feciſſe. ib.* 13. *curarum. ib.* 15. *poſcunt. ib.* 21. *oſtẽtãda.* 64, 2. *quod in.* 16, 18. *omnia exſequi. ib.* 25. *magiſtratui. et*

AD DOCTISSIM. VIRVM IAACVM GRONBECCIVM artium magiſtrum Epigramma.

Quid iuuat annales longos euoluere, vt inde
REGNA, *et* VITA *hominum floreat, atq;* DOMVS
Optima GRONBECCI *cum faſce coëgeris vno.*
Ex TACITO *nulli ſenſa tacenda viro.*
Queis REGNA *florent, hominum & quibus eſſe beata*
VITA, DOMVSQ. *poteſt optimus eſſe parens.*
Hinc decorant TACITVM, REGES, HOMINESQ. DOMVSQ.
Laudibus æternis, quæ ſuper aſtra volant.
Sic TACITO *decus omne manet, tua ſemper in ipſo*
GRONBECCI *tacitè cura, laborq́; latet.*

IOANN. ARCERIVS, THEOD. fil.

Aliud in eundem Diſtichon.

Ταῦτα ποτ᾽ οὐ δύναται βλάπτειν ΦΘΟΝΟΣ ἐστ᾽ ἐσσόμενος·
Ἠδ᾽ κλέος ΤΑΚΙΤΟΥ, καὶ μάλα σεῖο ΠΟΝΟΣ.

INDEX.

A.

Adulalio anceps 17. pernitioſa 16.
In acie virtute vinci turpe. ibid.
Adulteræ cur nuptias aueant. 23.
Aduocatum auaritia non decet. 21.
Ægeſtas ad peccandum inuitat. 14.
Æmulatio ſegnitiam pellit. 43.
Ambitio. 10. 49.
Amicitia. 13. 55.
Amicorum erga defunctum munus. 11.
Animi corrupti remedia acria. 14.
Analium munus. 15.
Antiqua non ſemper optima. 15.
Ariſtocratia. 7.
Artes. 61, quare contemptæ iaceant 69. 22.
Auaritia bellorum cauſſa. 33. 45. 46.

B.

Barbari moram non ferunt. 20. 23.
Barbarorum ingenium. 8.
Belli fines varij. 44. cauſſa. 59. 64. iniqua conditio 65.
Bellum ignaui cupiunt. 44. 65. nocturnum anceps 50. non feſtinendum 58. à ſtrenuis tantum geritur 58. quos maximè perdet 59. cuiuſmodi eſſe debeat 13. miſerâ pace tutius 14. 57. In bello quid videndum 54. etiam fœda animalia eduntur 57.
Bellicoſis ingrata pax & labor 61.
Bellum ciuile anceps 46. quomodo adminiſtrandum 53. rerum naturam non perpendit 59, quid doceat 59.
Beneficium quàm diu gratum 17.
Blanditiæ 36.

C.

Calumniatores aularum fœdiſſima oſtenta 31. facilè euehunt 43.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

In dubiis rebus conſilium datur, periculum vitatur. 54. 55. in audacia ſpes ſalutis 57.

E.

Ebrioſi, curioſi 8.
Effœminati, deplorati 25.
Effœminatis imperium moderatum graaum 32.
Educatio 69.
Eloquentiæ fructus 67. mutabilitas 68. cauſſa efficiens 70. vbi neceſſaria ibid.

F.

Fama præmium eloquentiæ 21
Fama non negligenda 29. aliquando diſſimulatione creſcit 64.
Fama non ſemper errat 62.
Fœmina impudica 16.
Fœminæ ad bellum ineptæ 13.
Felicitate animi probantur 16. 52.
Fidem quæ mutent 42.
Fœderis incundi inter Reges priſcos ratio 24.
Fato belli calamitas excuſatur 56. 59.
Fortes ſpe fulciuntur 46. non terret hoſtis adſpectus 62.
Fortibus Dei adſunt 56. omnis terra patria eſt 58. luctus dedecet 62.
Fortuna inſolentes reddit 44. Securos 60.
Fortuna dubia 61. mediocris tutior 29.
Fortuna ſubita malè regitur 41. 47.
Fraus ineuitabilis 56.
Funebre malum, quàm malum 20.

H.

Honores immaturi adoleſcentibus noxij 17. 19.
De honeſtate & æquitate quis rectè dicat 70.
Hoſtes quomodo vlciſcendi 12. aggrediendi 50. minis fruſtra prouocantur 50. non tàm loco quàm virtute iuuantur 58. pernicies 62.

Ignobi-

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

INDEX.

Candor 19. 68.
Caſſa quæ ſapientibus putabantur 53.
Ciuitatum perditio 58. 59. 64.
Ciuitates quid commune habent 61.
Clamor incœpta cœde iuuat 60.
Crimen maieſtatis 13.
Concordia 10. exemplo viget 57. commune periculum propulſandum 65.
Conſiliarij officium 48.
Conſilium infelix 39. vi potius 10. 26. maturandum 51. inter ancipitia non aſpernendum ibid.
Copiæ magnæ difficilè parent Duci 49.
Comtinentia 71.

D.

Delationes noxiæ 18
Delatores inuiſi 35. puniendi 17. ſuſpecti 12.
Delicta punienda 15. 16.
Diſcordiæ amor exitioſus 22. ciuilis remedium 17.
Diſcordia periculoſa 11.
Diſcipuli quomodo colligendi 70.
Deus ſpecie hominis non fingendus 60.
Dolores morte an ici quibus remediis minuendis 33.
Dominium Tyrannicum inſtabile 13.
Ducis officium 25. 27. 39. 52. 58. 60. 62. 95.
Dux conſiliis firmandis 30. quomodo ſe gerat in ſimul atione militum 57. ſegnis 54. ignauus, oſtentum 5. 3.
Ducis natura 54.
Ducis conſilia non cuiuis aperienda 42. in pace nulla auctoritas 54.
Duci præcipitatio periculoſa 29. cupido gloriæ non ſemper quærenda 93. 69. rerum peritia neceſſaria 31.
Duci conſilium, militi ardor pugnandi conuenit 51.
Dux liberalitate militem conciliat 37.
54.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

I.

Ignobilitas 19.
Imperium quibus vinculis continëatur 29. Inſtrumentum 56. 67. quibus diſſoluatur 26.
Imperium Tyrannicũ cuiuſmodi 7. non diuturnum 42.
Imperatorum mores ſubditi imitantur 47.
Impetus temerarij languidi 53.
Induſtria quando noxia 16.
Inertes inuidi 25.
Ingenia hominum diuerſa 16. 69. facilius opprimuntur quam euehuntur. 62.
Initia magnarum rerum parua 13. 17.
Inſidiorum remedia 26.
Inſpectionis cura etiam priuatis commitenda 30.
Irreuerentia punienda 13.
Injuria quare procliuiùs conpenſatur beneficiorum 55.
Inuidia 44.
Iuuenum mos 62. comitatus gratus 61.

L.

Laus falſa cohibenda 31.
Leges quando inualidæ 7. cur inuentæ 16.
Legibus non vi agendum 16.
Liberalitas ficta 38.
Libertas vel morte redimenda 9. 65. in mutis animalibus 56. quomodo defendenda 66.
Libidinoſus ad omnia ineptus 23.
Luxus vbi ſecurus 14.
Ludibrium 49.

M.

Magiſtratum petere juuenib. honeſtis non inlicium 22.
Magiſtratus qui optimus 56. quomodo bellum vitet 64.
Magiſtratus boni officium 94. mors luctuoſa 66.
memoria quomodo colenda 66.

Magiſtratus

Magiſtratus innocens pro auctoritate caritatem quærit 64.
Magno animo quid obſtet. 61.
Muli mores ponas pariunt leges 30.
Memoria 62.
Memoria tyrannidis diuturna 17.
Miles corrupto principe corrumpitur 7.
Miles coactus validior diſperſo 30.
Miles inquietus 45. 49. 51. meticuloſus 10.
Militis officium 62. natura 54.
Militi Ducis conſilia non timanda 42. 46.
Milites quomodo accendantur 50. 51. 58. quomodo diſtinguendi 51.
Miles ignauus tanto timidior quanto plus ſpei ad perfugium 54.
Milites quomodo leniendi 59.
Milites ſtrenuos bellum gignit. 70.
Militaris diſciplina quibus frangatur 40.
Militum fauor 37. 45.
Militum vulnera prædæ auiditate penſantur 51.
Militibus benemeritis munia diſtribuenda 50. 55.
Militibus ad irrumpendum nox commoda 50.
In metu conſilia & rumor audiantur 53.
Mora periculoſa 38. 45. ſed non omnis 39.
Mores tempore mutantur 15.
Morum ſimilitudo ſuſpicionem mouet 17.
Munera principi à magiſtratu data ſempiterna 29.

N.

Nobilitas pro virtute 40
Nequitia etiam æmulos habet 56.
Nuncij trepidi noxij 39.

O.

Obſequium pœnâ & metu validius. 15.

Odia.

Odia acerrima 58.
Oligarchia & Democratia 21.
Onera belli tempore ferenda in pace ſæpè manent 49.
Opes cum Imperio augeſcunt 10.
Oratio bona 68. libera 69.

P.

Patriæ diſcordantis remedium 7.
Pax iuſtitiæ caſtos 8. 54. non ſine tributis 59.
Pax laceſſita exitioſa 29.
Pax bonis artibus indiget 55. otioſa pernitioſa 23.44.
Paupertas non ſemper infamis 18.
Paupertas honeſta leuanda 10.
Pœnæ iuxta leges irrogandæ 28.
Præda importuna 60.
Præſentia quare faſtidiuntur 68.
Pecunia belli neruus 49.
Popularitas in principe grata 16.
Potentia nimia fluxa 25. infida 49.
Princeps 16. de fama ſolicitus erit 18. 58. quomodo iudicabit 11.
Princeps luxurioſus infamis 38. 45. vulgi adſpectum fugit 51. malos euehit 49. 55.
Princeps puer à pupillo non differt 26. quos euehit 28. 53. mitis erit 27. 47. 60. tolerandus 56. criminationibus non accendatur 57.
Principis iudicia non rimanda 20. amici diuerſi 68. eloquentia magiſtro accepta ferenda 28. in liberalitate modus 55. ingenium ſtudiis dabit 55. funus quomodo cohoneſtandum 11. 34.
Principi magiſter neceſſarius 28. 29. 58. vnde delectus rerum petendus 37. pudor & metus neceſſaria 21.
Principem dedecet ignauia 47. præcipitantia 38. præliis non ſemper interſit 45. In principem odium occul-

tum

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

tum, adulatio aperta 55.
Priuati non ſuper principes tollendi 65.
Pœnitentia 57.
Proditores inuiſi 9. 34. vecordes 53.
Prouincia non oneranda 16.

R.

Regium munus arduum 7.
Regnum 7. 35.
Regum ingenium 60.
Reipub. ſpecies 17. peſſimus ſtatus 35.
Reſpub. vnde conſtat 43. quâ re contineatur 47.
Res mortalium incertæ 12.
Remedia tardiora malis 62.

S.

Sapientia 10.
Securitas non niſi oppreſſo æmulatore 54.
Seditio recens ſopienda 38.
Senatus & eques differunt 10.
Senatus principi conſulendus 8.
Senes publicis oneribus impares & rude donandi 28.
Serui præmiis facilè corrumpuntur 32. 35.
Seruile ingenium ſuſpectum 27.
Somnia vana & fallacia 33.
Stulti 33.
Suffragia quare reperta 55.

T.

Temerarij incerta quàm certa malunt 49.
Terra homini data 26.
Timor in odium mutatur 62.
Timidus vbi timeatur 42.
Timidi maximè dicaculi 28. 39. creduli 31. minùs feroces 41. iuſiurandum variè mutant 56. eorū natura 53. 55.
Tyranni inquieti 18. 31. Cœdibus clari 34. 39. 40. Bonis
inſenſi

inſenſi 39. corrigi nolunt 33. 34. quomodo vitandi 65.
Tyrannorum ingenium 65.
Aduerſus tyrannidem ſolatium 38. 59.

V.

Vecordes ambitioſi 10.
Vecordia 14.
Veritas quibus modis labefactetur 35.
Vetera nouis tutiora 7. 16. 24. 34.
Veteres ipſi ſuas res geſtas narrabant 61.
Veteranus miles 33.
Victoriâ quomodo vtendum 51. modica damna labefactant 60.
Victi timidi 49. interdum parcendi 57.
Victores qui inſatiabiles 56,
Virtus modum excedens odioſa 13. proprium bonum hominis 56. argumentum 61, quando optimè iudicatur 62.
Vir conſtans 34.
Viri ſtrenui gloria vnde 66. etiam ſub malo principe 66.
Vitia amici diſſimulanda 48.
Viuendi cupido nimia improba 10.
Vulgus 17. mollis 26. vacuum curis 49. nobiles miratur 32. 36. nouas res auet 32. ſeditionibus lætatur 42.
Vulgus ſine Imperatore ſecors 56.
Vulgi iudicium corruptum 20. 38. 49.
Vxoris bonæ laus 62.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°

Early European Books, Copyright © 2009 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Royal Library, Copenhagen.
LN 1565 8°